Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

dederit nobis ipse qui nos elegit non habentes fructum quia non enim elegeramus sed ipse elegit nos et posuit nos ut fructum afferamus. Hoc est ut invicem diligamus. Tu autem. Quem fructum sine illo afferre non possumus sicut palmites facere sine vite nihil possunt. Caritas ergo est fructus noster quam diffinivit apostolus de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. Hac dili gamus invicem hac diligamus deum. Secundum lucam.

In illo tempore, Designavit dominus et alios septuaginta duos et misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum quo erat ipse venturus. Et reliqua.

Dominus et salvator noster fratres karissimi aliquando Gregorius papa. vero sermonibus aliquando vero opibus admonet. Ipsa etenim facta eius precepta sunt. quia dum a liquid tacitus facit. quid agere debeamus innotescit. Ecce enim binos in predicatione mittit discipulos. quia duo sunt precepta caritatis. dei videlicet amor et proximi. Et minus quam inter duos haberi cari tas non potest. Nemo enim proprie ad semetipsum habere caritatem dicitur. sed dilectio se in alterum ten dit. ut esse caritas possit. Tu autem. Binos ad predi candum discipulos dominus mittit quatinus hoc nobis ta citus innuat. quia qui caritatem erga alterum non habet predicationis officium suscipere nullatenus debet. Bene autem dicitur. quia misit eos ante faciem suam in omnem civitatem et locum quo ipse erat venturus.

Qui sunt hi qui ut nubes volant. De Evangelistis. Responsorium. Et quasi columbe ad fenestras suas. Versus. Dorsa eorum plena sunt oculis et scintille ac lampades in medio dis currentes. Et quasi. Secundum autem. Ecce ego johannes vidi ostium apertum in celo et ecce sedes posita erat in eo et in medio sedis et in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante et retro et da bant gloriam et honorem et benedictionem sedenti super thronum viventi in secula seculorum. Responsorium. Qui vicerit faciam illum columpnam in templo meo dicit dominus. Et scribam super eum nomen meum et nomen civitatis nove ierusalem. In illo